

LIBER V

287

communis ipsorum, nostra, itemq; Attica leuior sit:
in pondereq; decem & octo uncia ipsorum & quin
decim nostrae nihil differant. Tantum Alciatus. Sic
certe error alius ex alio nascitur. De Attico sextario
quod utrūq; sit scriptum libro secūdo firmis autho
rū testimonijs probaui. Habet enim is decē & octo
uncias mēsurales, pendet oleo refertus xv. Si Alcia
tus unciam mensuralē à ponderali, quod necessariū
fuit, recte distinxisset, non Græcā à Romana & At
tica, tum sine dubio rem potuisset intelligere. Nihil
tamen mirum uiros alioqui doctos, sed ignaros me
dicinæ, à recta regione deflexisse. Iam ad drachmā
pergendum, quæ etiam ὀλκή uocatur: quod ex Dio
scoridis illius supra citatis uerbis clarum esse potuit.
Galenus etiam hoc modo interpretatur, quædā re
ferēs Asclepiadis, qui Themisonis antidotū sacram
cum retulisset sic scribit: ἡ χεῖσις πρὸς μὲν τὰς βρα
δυπεφίας ὀλκή μίᾳ μὲν ψυχροῦ ὕδατος κινάθωρ
δ. id est, Modus eius potandī est ad tardam conco
ctionem holce una cum aquæ frigidæ cyathis IIII.
Galenus itaq; ait, κινάθωρ δίδωσθαι μίαν ὀλκὴν μεθ'
ὑδατος ψυχρῆ κινάθωρ Δ. ἢ γὰρ μὲν ἢ λέγεται αὐτὴ δὲ α
χμὴν ἀργυρεῶν. ἢ δ' οὕτω σχεδὸν ἀπασιν οἷς νεωτέραις
ιατροῖς ἐθὲρ ὀνομάζειν. hoc est, Iubet dari holcē unā
cum aquæ frigidæ cyathis quatuor. Arbitror autem
ipsum dicere drachmā argentēā. Sic enim nominare
omni